UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sermones Fratris Gabrielis Barelete ordinis predicatorum tam quadragesimales: q[uam] de sanctis

Barletta, Gabriel

Parisius, 1507, XXV. Jan.

Feria. iij. dominice de passione: de violatione diei festi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69837

Visual Library

Gene.xi. De tribus filijs Noe Cham
uit maledictus: quia ſeruus. Glo.
Cham patrem irriſit et ſemen ſuum
in ſeruitutē perpetuā dānauit.

¶ Feria tertia hebdomade paſſione:
De violatione diei feſti.

AMbulabat ie
ſus in galileam. Non
em̄ volebat in iudeaz
ambulare: quia iudei querebant euz
interficere. Jo. vij. ſm glo. interlinea
rem. Quis xp̄s ieſus poſſet inter iude
os eſſe ſine nocumento tn̄ noluit ſe p̄-
ſentare: ante tp̄s debitū ſue paſſionis
oſtendendo ſe verū hominē ⁊ ſuā verā
humanitatem. ſm Nico. de lyra. Ab-
ſentatio xp̄i fuit triplici de cauſa. Pri
mo ratione ſui: q2 nolebat adhuc a iu
deis occidi: ex eo ꝙ nonduz tp̄s erat
ſue paſſionis ab ip̄o electum Unde be
ne dixit eis. Tēpus aūt meū nondum
aduenit. Scd̄o ratiōe noſtri: vt nobis
exemplūz daret cedere ire ⁊ turbatio
ni Mat. x. Si vos pſecuti ſunt ⁊c̄. Ter
tio ratione iudeoꝝ. Uanum erat in iu
deam ambulare: et inimicos ad odiuz
incitare: cuz non eſſent habiles ad au
diendum. Eccl'. iij. Ubi non es auditꝰ
non effundas ſermonē. Erat autē in
proximo dies feſtꝰ iudeoꝝ ſcenophe
gia. Scenophegia. i. feſtum taberna-
culoꝝ. Dicitur autē a ſcenos quod eſt
vmbraculum. et phagin quod eſt co-
medere: quia ſept em diebus comede-
bant iude in vmbraculis. Dixerunt
autem ad eum fratres eius glo. Non
erant filij marie Contra errorem he
retici Eluidij. qui dixit chriſtum ha-
buiſſe fratres carnales Sed dicunt
hic fratres de cognatione ſua. Hi ex
miraculis chriſti volebant reportare
gloriā humanā. Unde dicunt ei Trā
ſi hinc et vade in iudeam. i. hieruſalez
vt diſcipuli tui videant opa tua Et q2
ſuggerebāt malum ei ſcilicet gloriaz
humanā: quia querebāt nominari ra
tiōe xp̄i ideo recuſauit. di. Tp̄s meū
nonduz aduenit. i. tp̄us manifeſtan
de glorie mee quia in paſſiōe ſua fuit
confuſus in om̄ibus. Et di. Ambro. ꝙ
ſine femoralibus fuit in cruce poſitꝰ
ad maiorē ſui confuſionē. Sz v̄go ma
ria velū proiecit in aere quo fuit coop
tus Tp̄s ergo meū adhuc non venit
quod erit poſt reſurrectionē meā. Tē
pus autem veſtruz ſemper eſt paratū
Glo. Tempus mundane glorie quaz
queritis ſemper eſt paratum. Uos a-
ſcendite ad diem feſtum hunc: ego au
tē non aſcendam ſcz eo modo quo vul
tis: vt laudē et fauorē habeā ⁊ requi
ram Aſcēdit autē occulte: et murmur
erat in populo. Quidā dicebāt q2 bo-
nus eſt approbantes eius doctrinā ⁊
miracula. Alij autem non: ſed ſeducit
turbas. Nemo tamen palam loque-
batur de eo. ſ. in bonum ꝑpter metum
iudeoꝝ. Glo. Judeoꝝ. i. de tribu iuda
quiſq̄uis omnes de populo nomina
rētur iudei: tamen ſpeciali modo.
Et noībātur illi de tribu iuda hi gra
uius mouebantur contra chriſtum
eo ꝙ in ſcripturis chriſtus erat ꝑmiſ
ſus de tribu eoꝝ. Iſti autē reputabāt
iſtum galileum: et ab eis extraneū.
Applica. De violatiōe diei feſti loqui
mur. Ubi tria cōtem plabimur.

¶ Primuz dicitur modificationis.

¶ Secundum dicitur inductionis.

¶ Tertium dicitur punitionis.

¶ Primum dicitur ⁊c̄. Secundum do
ctores tribus modis violatur feſtum

¶ Primo: quia non cauetur a crimi-
nibus.

¶ Secundo: quia non inheretur ſpi-
ritualibus.

¶ Tertio quia non abſtinetur a ma-
nualibus

¶ Primo autem quia ⁊c̄. Pro declara
tione materie noſtre. nota ſecundum
Tho. i. ij. ij. queſti. cxxij. arti. iij. ꝙ ho
mini interdum eſt neceſſaria recrea-

tio corporalis propter multa ſibi oc-
currētia. et illi tempus deputatur ad
hoc vt cibatio dormitio requies et hu
iuſmodi. Unō phūs. iiij. Ethi. Reges
et lud⁹ in vita videtur eſſe neceſſaria
In. x. Ethi. Ludere per tempus: ratio
nem virtutis videtur habere. In. viij.
Poli. Omnis arbor requie indiget.
In eodem. Ludus fit propter requiez
Catho ſic dicit interpone tuis: inter-
dum gaudia curis. Ad propoſitum.
Sicut neceſſaria eſt requies corpori
ita anime inuenta eſt requies ſpūalis
et recreatio: q̄ mens hominis reficit
in deum Et hoc eſt vt homo abſtineat
ſe a peccatis maxime diebus feſtiuis
quia peccata pl⁹ habēt impedire mē-
tem ad deum vacandum: ꝙ opera ma
nualia Undē Exo. xx. Opus ſeruile nō
facietis in eo. Opus ſeruile eſt opus
peccati qꝛ ſeruum facit demonis iux-
ta illud. Johannis. viij. Qui facit pec
catum: ſeruus eſt peccati. Uñ peccās
violat feſtuz. In quibus verbis dubiū
queritur. Quis magis violat feſtum
et agit contra preceptum de ſanctifi-
catione ſabbati: an qui agit opus ma
nuale: an q̄ peccat in die feſto. Reſpō
det Thomas. ij. ij. queſtio. cxx. articu
lo. iiij. q̄ qui peccat. Ratio eſt quia
opus manuale aliqualiter poterit eē
licitum: de ſe ⁊ per ſe: iuxta illud. Ge-
ne. iij. In ſudore vultus tui veſceris
⁊c̄. ⁊ ps Labores manuum tuaruz ⁊c̄.
quia manducabis. Et. ij. The. iij. Si
quis non vult operari: non manducet
ſed peccare nunꝙ eſt licitum. Unde ē
minoris culpe laborare ꝙ peccare: et
per conſequens plus violat feſtum.
Unde talis vt dicit Nic. de lyra ſup
Exodū. c. xx. Non ſolū agit cōtra pre-
ceptum: ſed etiam contra duo. Exem
pla gr̄a aliquis facit furtum die domi
nico non ſolum agit contra preceptuz
de ſanctificatione ſabbati: ſed etiam
contra illud. Non furtum facies Pre
terea accedis ad vxorē ꝓximi tui: nō
ſolum agis contra preceptū de ſancti
ficatione ſabbati: ſed etiā ꝯtra illud.
Non mechaberis. O miſeranda ce
citas xp̄ianoꝝ: qꝛ plura pctā faciunt
et grauiora diebus feſtiuis. ꝙ per to-
tam hebdomadā: quando deberent la
borare ꝓ anima et deo vacare: qđ nō
faciunt. Quidā accedunt ad meretri-
ces et ibi bona expendunt: cum debe
rent ire pro familia Prouerbi. xxvi.
Qui nutrit ſcortū: perdet ſubſtantiaz
Quidam in vanitatibus vt mulieres
que ad perdōnatias eūt cum ſuper-
bo ornatu et capite eleuato. De quib⁹
Hiere. iij. Eleuate ſunt filie ſyon ⁊ am
bulauerunt extento collo. Exempluz
illi⁹ patris: qui videns pelagiaz ante
conuerſionem cum multa ſollicitudi-
ne ſe ornantem fleuit di. Utinam cum
tanta ſollicitudine ornarē me quo ad
aiam ſicut illa quo ad corpus. Inci-
piunt in ſero preparare vnguēta. Quē
dā vadunt ad tabernas et expendunt
pro vita ſua qđ poni deberet in fami
lia. De quibus apoſtolus ad Phil. iij
Quoꝝ deus venter eſt: et gloria in cō
fuſione eoꝝ qui terrena ſapiunt. Ue
rus dei cultor: cum de mane ſurgit
ꝓrio cogitat de deo. iuxta illud Mat.
vij. Primū querite regnū dei Guloſus
autē cogitat q̄d comedere debeat. et
quid magis delectet. Eccleſia. ſua eſt
coquina. Altare menſa: acolyti ſūt ſer
uitores menſe. Quidam corizant. nec
reſpiciunt feſtiuitates apoſtoloꝝ aut
aliorum ſanctoꝝ. Ubi dicūt v̄ba ocio-
ſa et fiūt tact⁹ inhoneſti Quidā ludūt
ad cartas ⁊ taxillos: quod eſt morta-
le pctm̄. Et ita feſtum violatur Quod
cōqueritur dn̄s. Eſa. i. Solēnitates ve
ſtras: odiuit aīa mea: facta ſunt mole
ſta Amos. v. Odiui ⁊ ꝓieci feſtiuita-
tes veſtras: qꝛ ſcilicet nō facitis mihi
eas. Ridēt demones ſup noſtras feſti
uitates. Tren. iij. Uiderunt eā hoſtes
et deriſerūt ſabbata veſtra. Exemplū
demonis qui in miſſa noua exiſtens
de duobus ridebat Primū: qꝛ quaſi
nullus audiuit de epiſtola ⁊ euange-
lio. Secundū qꝛ feſta cū peccatis plu
ribus agebāt. Uiderunt eā ⁊c̄. extra

de vſuris.c.Oēs dies dñicos a veſpera in veſperaꝫ cū omni veneratione decernimus obſeruari:⁊ ab omni illicito opere abſtinere:⁊ mercatū in eis minime fiat. ¶Secundus modus ⁊c̄. Exo.xx. Memēto vt diē ſabbati ſanctifices. Scdm. Tho.ſa, ſe.q.vbi.ſ. In lege dñi illa dicunt ſanctificari q̄ cultui diuino mancipant. Unde.de cōſe.di.iij.c.Jeiunia.die dñico nihil aliud agendū:niſi deo vacandū: ⁊ qđ dicit de dñica:idē dicendū de alijs feſtis ab eccleſia inſtitutis ex precepto cuſtodiendis vt dicit de conſe.di.iij. c.Pronunciandū vt feſtū penthe.Natiuitatis dñi: apoſtoloꝝ ⁊ alioꝝ ſanctorūꝫ. Sed que ſūt in quibꝰ oportet hoiem vacare. Reſpondeo ꝙ in quinq̄ principaliter: vt ponit Archieps.

¶Primo contritioni.
¶Secundo meditationi.
¶Tertio.orationi.
¶Quarto auditioni.
¶Quinto elemoſyne

¶Primo pctōres contritioni. Meditari pctā que egit hō intra hebdomadam et de eis dolere. Uñ Leuit.xvi. Sabbatuꝫ requietionis eſt; affligetis aias vr̄as.ſ.ꝑ contritionē. vt exponit Orig. In huius figurā dr̄ Job. i.Qđ cuꝫ tranſiſſent dies.ſ. ebdomade ſanctificabat eos.ſ. filios ſuos. Exponit Alber.ꝙ omni ſabbato admonebat filios ſuos de exceſſibus q̄s fecerāt intra hebdomadā; ⁊ ſic adducebat eos ad pctōꝝ contritionē.¶Scđo medi. ⁊c̄.Cogitando bona q̄ tribuit tibi altiſſimꝰ q: incarnatus q: mortuꝰ:quia fecit te ad imaginē ſuā. In huiꝰ figurā.Leui.xij. Aial qđ nō ruminabit erit imūdū. Nō ruminare:eſt non memorare ⁊ meditari diuina bñficia hoī collata. Inducimur a xp̄o ⁊ eius matre.Lu.ij.Cum ieſus eſſet:xij annoꝝ ibat in hierl̄m ad tēpluꝫ cū alijs. Ad q̄d o maria Recreationis cā. Nō vere ſꝫ vt vacaret diuinis. Uñ dr̄. Maria aūt ꝯſeruabat oīa v̄ba hec cōferēs in corde ſuo:ſꝫ pauci hoc agunt.Uñ apoſtolus.i.Corin.xiiij.In eccl'ia volo.v. v̄ba ſenſu meo loq̄ vt et alios inſtruā Quid credēdū ſcꝫ. xij.articulos fidei Quid faciendū.ſ.x.p̄cepta. Quid timendū.ſ. inferni ſupplicia.Quid cauendū.ſ.ſepteꝫ vitia.Quid apperēdū ſ.paradiſi gaudia . ¶Tertio oratiōi Job.v Uocaſi eſt q̄ tibi rn̄deat.Uade mane ad eccleſiā ora.i.Coꝛ.vi.Uacetis orationi. ⁊ gre.in regiſtro.Die dñico a labore terreno ceſſandū ē:atq̄ orationibꝰ inſiſtēdū.¶Quarto auditioni miſſe et diuinoꝝ.De miſſa:q: preceptum eſt.De conſe.di.i.c.Miſſas.de veſperis de p̄dicatione.O ciuitas q̄ nō vadis ad ſermones.Nō mireris:ſi tot pctis inuoluta es : q: ignoras legē dei tui. Sꝫ hec ignorātia nō te excuſat: vt hn̄t canoniſte.Ignorantia iuris nō excuſat.ſ. qn̄ hō ex defectu ſuo ignorat. In p̄dicatione declarantur ad q̄ hō obligat.¶Quinto elemoſyne pauperuꝫ ſcꝫ illa die p̄cipue. In huiꝰ figurā Leui.xij.Qđ duo agni offerebant die ſabbati a lijs aūt diebꝰ vnū tm̄ in holocauſtū ꝓ pctō.Et Tob.ij.dr̄. Quod p̄parato prādio in die feſto:mittebat filiuꝫ ad inuitādū paupes ꝓ conuiuio.⁊ ſanctꝰ Ludouicus rex Frācie volebat oīa noīa pauperuꝫ in ſcriptis.Et tu fac ſil'r. Mitte aliq̄d pauperibꝰ omi feſto de prādio tuo.¶Tertius modus :q: nō abſtinetur a manualibus.Exo.xx. Opus ſeruile non facietis in eo. Qđ intelligit ceſſatio opeꝝ manualiuꝫ. Et Leuit. xxiij.Septimo die non facietis opus om̄e. In quibꝰ v̄bis merito q̄ritur dubium: vtrū peccent mortaliter nō ſeruātes feſta ⁊ laborātes. Rn̄deo ꝙ laborantes triplici ratiōe excuſantur.

¶Primo ratione neceſſitatis.
¶Scđo ratione pietatis.
¶Tertio ratione modicitatis.

¶Primo rōne ⁊c̄. Cū quis habet ſegetes in agro:aut fena in pratis: aut vuas in vineis: ⁊ imminet periculuꝫ grandinum vel inimicoꝝ : et cum eſt ignis in fornace:et cum beccarij p̄pa

rant carnes in ſabbato nec vendere
pñt:ne marceat lꝫ eis vendere. Et cuꝫ
barbitonſoꝛ in minuendo ſanguineꝫ
Et de molendinis. Jn huius figu=
ram apoſtoli excuſabātur a pctō qui
colligebant ſpicas ⁊ fricabāt die ſab
bati ꝓpter neceſſitatem famis quam
patiebantur. Et chꝛiſtus Joh. viij. in
ſabbato dixit. Tolle grabatū tuū et
ambula. Et Machabe. i. Macha. ij.
Non violauerunt ſabbatū pugnātes
die ſabbati ꝓ ſui defenſione. ¶ Scdo
rōne ⁊c̄. Ut cuꝫ fit opus in eccleſijs in
hoſpitalibus ⁊ alijs operibus pieta
tis. Quia vt dicit̄ di. lxxvi. c. vtinam.
Jn operibus miſericoꝛdie dieꝝ diſtin
ctio nō eſt habenda. ¶ Tertio ratiōe
⁊c̄. Quādo ſcilꝫ opus modicū eſt ⁊ pa
ruꝫ:qꝛ ſm theologos. Quod modicū
eſt:ratio apprehendit vt nihil. Sed
quis explicet quantꝰ eſt abuſus chꝛi
ſtianoꝛuꝫ circa ſanctificationē ſabba
ti et feſtoꝛum. Quidam mercata fa=
ciunt: quidam emunt: quidam cum
equis lucrantur. Practica cōtra bar=
bitonſoꝛes: caligarios: et omnes ar=
tes. Exempluꝫ de illo qui non celebra
tis feſtis deferretur ad eccleſiam duꝫ
cantarentur letanie. Sancte Petre.
Sācte paule. Oēs ſācti aures clau
ſerunt. Unde patet primum.
¶ Secunduꝫ dicitur ⁊c̄. Inducimur
ad ſanctificationeꝫ feſtoꝝ:triplici ra
tione:vt habent doctoꝛes noſtri.
¶ Primo rōne priuilegij.
¶ Scdo ratione exempli.
¶ Tertio ratione ſcripturali.
¶ Primo exempli. qꝛ vt dr̄ di. lxxv.
Dies dominica eſt plena priuilegijs
Jnter alia ſunt. viij. Primum qꝛ fuit
primū omniū dierum: cum in eo mū=
dus initium habuit. Secundū priui=
legium erit vltimus dies preſentis
ſeculi. Tertiuꝫ:qꝛ in ea omnes ange
li ſunt a deo creati: ⁊ boni in celo glo
rificati: ⁊ mali expulſi. Quartum:qꝛ
ea die p̄cepta ſunt data filijs iſrael.
Quintū:qꝛ eadē die icarnatꝰ eſt xp̄s.
Sextum:qꝛ deſcendit ad lymbum pa
truꝫ et aīas de lymbo extraxit Septi
muꝫ:qꝛ erit reſurrectio moꝛtuoꝝ ⁊ iu
dicium vniuerſale. Octauum. qꝛ ſpi=
ritusſanctꝰ miſſus ē in igneis linguis
Unde patet prima ratio priuilegij.
¶ Scdo rōne. ⁊c̄. Quia plura ſunt ex=
empla int̄ alia tria ſūt. Primū eſt pa
ganoꝛum. Secundū iudeoꝝ. Tertiuꝫ
ſarracenoꝝ. Primū eſt ⁊c̄. Uarro in vl
timo volumine rerū diuinaꝝ recitat
ꝙ romani pͥma die ianuarij celebrāt
feſtum Jani: qui fuit quidam qui re=
gnauit in partibus illis: vbi nunc eſt
roma. A quo Jano mons ianiculus
dictus eſt. Jn menſe februarij agebāt
feſtum dee felicitatis. Jn martio age=
bant feſtū martis. qui fuit deꝰ belloꝝ
Jn aprili agebant feſtuꝫ fortune quā
dicebant deam. Jn madio agebant fe
ſtuꝫ dee floꝛe:qꝛ dicebant habere po=
teſtatem ſuper floꝛes cū in menſe illo
floꝛes adſint. ¶ Secunduꝫ eſt exem=
pluꝫ iudeoꝛuꝫ obſeruant mirabiliter
feſtuꝫ:cuꝫ non liceat eis facere aliqͩ
die ſabbati:imo nec incidere panem
aut ignem accendere. ¶ Tertiū exē
plum eſt ſarracenoꝝ. Sarraceni ma=
xima cum reuerentia celebrāt feſta.
Et defectuoſi ſup hoc inter duos aſſe
res aſtringūt. Tertio rōe ⁊c̄. Nume.
xv. Quidā inuētus colligēs ligna die
ſabbati ad iuſſuꝫ moyſi fuit lapidatꝰ.
Uñ exclamat deꝰ ꝑ ſcripturas. Leui.
xix. Sabbata mea cuſtodite ego deus
veſter. Deu. v. Obſua diē ſabbati vt
ſāctifices eū. Exo. xvi. Jn die. vij. ſab
batū dñi ē. Hie. xvij. Sāctificate diē
ſabbati. Jn quibus verbis: duo dubia
ſunt videnda. ¶ Primuꝫ eſt quādo in
cipit feſtū An in ſero. An i media no
cte: ⁊ qñ? Rñdeo ꝙ a veſpa in veſperā
i. in ſero. Eugenꝰ papa declarauit ꝙ
vſqꝫ ad duas hoꝛas noctis laboꝛari
poſſit:vt barbitonſoꝛes:apothecarij.
Contra eos q̄ vſqꝫ ad mediā noctē la
boꝛant qd̄ eſt pctm̄ moꝛtale. ¶ Secū
dum dubium: quare ſuperaddita ſūt
feſta ſanctoꝝ vltra diem dñicum? Rñ
deo ꝙ triplici ratione. ¶ Primo cōſu

ta tionis: vt ↄfunderetur error eoꝝ q̃ dixerunt an̄ diē iudicij aīas ſanctoꝝ non aſcendere in celū. Qui fuit error grecoꝝ: vt dicit Tho. ſup Jo. Ad oſtē dendum ꝙ tales mentiūtur eccleſia ſtatuit ſāctoꝝ ſuffragia in eoꝝ ſolēni tatibus implorari p̄dicans eos in ce- lo regnare cum xp̄o. Eccleſia canit. Gaudent in celis aīe ſanctoꝝ. Scd̄o rōne gratificationis. Sen. li. de bn̄fi- cijs. Beneficioꝝ memoria ſeneſcere non debet Et debito gratitudinis. de bemus cōmemorare bn̄ficia nobis collata: vt ſūt bn̄ficia natiuitatis: paſ ſionis: aſcenſionis: ⁊ in ſolēnitatibus virginis. Alia ſctōꝝ feſta celebrare debemus: quia ſunt aduocati noſtri. Tertio ratione imitationis: vt ſctōꝝ ſolēnitatibꝰ illoꝝ geſta recolētes: co nemur quantū poſſumus eos imitari Ubi nota ꝙ feſta ſctōꝝ patrū veteris teſtamenti hn̄t cōuenientiā cū noſtris Noſtra ſuccedunt ſuis. Feſto paſche iudeoꝝ ſuccedit feſtuꝫ reſurrectionis chriſti: Feſto pentheco. in quo fuit da ta lex ſuccedit feſtū penthe. in quo fu it data lex ſpūſſctūſ feſto Neomenie: ſuccedit feſtum virginis marie. Fe- ſto tubarum: feſta apoſtoloꝝ: feſto ex piationis: feſta martyrum ⁊ cōfeſſoꝝ feſto tabernaculoꝝ feſtum conſecra- tionis eccleſie. Un̄ patet ſecundum. Tertiuꝫ dicitur ⁊c̄. Tales non bene celebrantes feſta puniuntur triplici modo.

¶ Primo in temporalibus.
Secundo in corpore.
Tertio in anima.

¶ Primo in ⁊c̄. Quia ex hoc nō ditā tur. qꝛ quicq̄d lucrātur in t̄palibꝰ hoc perdunt qꝛ habent plura infortunia. Spoliant a raptoribus captiuant: equi eoꝝ leduntꝰ vel moriuntꝰ: vel do mus eoꝝ cōburuntꝰ: ⁊ alia infortunia eis accidunt. vnde depauperātur. O quot ſunt q̃ vadūt ad miſeriā. Qꝛ hoc deus permittit p̄pter hoc malū. Se cundo puniūtur ⁊c̄. Quia tales infir manꝰ per vnū menſem vel annū: aut crura frāguntꝰ: aut febricitantꝰ: ⁊ alia mala. Un̄ oportet eos feſtiuare cum nō deberēt: qꝛ ante laborauerūt: cum feſtiuare debuiſſēt. Qꝛ inquit Salo. Per que q̇s peccat: p hec ⁊ torquetur Et ſic tm̄ amittūt in vno mēſe quātuꝫ lucrati ſunt p annū. ¶ Tercio puniū tur. ⁊c̄. Qꝛ quotiēs ſoluūt: totiēs pec cant mortalr̄. ⁊ aīam occidunt. Exo. xxxi. Qui polluerit ſabbatū: morte. ſ. ſpūali morietꝰ: vn̄ tales peccant in tri nitatē. Primo in p̄rem: cuiꝰ potentia creauit mundū. Scd̄o in filiū: cuiꝰ ſa- pientia redemit mundum. Tercio in ſpm̄ſctm̄ q̃ tali die in mundū eſt miſſꝰ Et p ↄn̄s ſunt ingrati creatori: redē- ptori: ⁊ conſolatori. Et p oppoſitū. Il- li q̃ feſtiuant hn̄t p̄ſperitateꝫ corporis ⁊ aīe: ⁊ eis augentꝰ a deo miraculoſe bona t̄palia ⁊ p̄ſperitates. Exēplum ptꝫ de duobꝰ ſutoribus. Quoꝝ vnus habuit plures filios qui ſemp feſtiua bat dies dn̄icos et diuina audiebat. Alius aūt non. Petiuit aūt iſte q̃ pau per efficiebatur. Cur diues es? Ego aūt de die in diem pauperior fio? Rn̄ dit ſutor ille. Die craſtina mecum ve nies. Duxit ad ecclīam vt diuina au diret miſſam: veſperas. ⁊c̄. Sic fecit dn̄ica ſequēti. Rn̄dit ille. Cur hoc a- gris? Nūq̄d ſcio viam ecclīe. Et dixit iſte. Sic oportet facere celebrare fe- ſta poſtponere omnes curas. Et p̄mū querere regnū dei: ⁊ tunc homo dita bitur. Unde patet. ⁊c̄.

¶ Feria. iiij. dominice de paſſione. De triumpho fame vel de infamia.

F Acta ſunt en cenia hyeroſolimis et hyems erat Jo. x. Scd̄ꝫ doctores encenia erat feſtū dedicati- onis templi. Et dicitur encenia ence niorum in plurali numero: quia hoc feſtum pluries agebatur Thom̄. ſu- per Johan. Encenia grece: latine di- citur innouatio. ſecundū Hiero. tres

o iiij.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN